

tuis successoribus . tuoque monasterio | inperpetuum . ita ut nullus imperator . nullus rex . nullus dux . nullus marchio . nullus comes . nullus | vicecomes . nullus pretera (sic!) patriarcha . nullus episcopus . nulla denique aliqua alia persona . ipsi tuo monasterio | tibiue tuisque successoribus . aliquam lesionem . aliquod detrimentum . aliquod nocumentum inferre presumat | in omnibus bonis ipsius monasterii quae sive intra fines Venetiae . sive in regno Italico . vel etiam quocumque | loco . et nunc ad presens retinere videtur . et usque inperpetuum acquiraturum est. Sed neque episcopus Metamaucensis . | quicumque pro tempore fuerit . aliquid amplius exigere a monasterio tuo . et a te tuisque successoribus audeat . quam quod presens | . optinet consuetudo . scilicet ut per omne triennium semel . tam ipse quam duodecim eius plebani . et quinque | viri qui eos per aquam navigio transigant . refectionem solitam in monasterio tuo habeant . pro suo solo pastu . dedicet | cum necesse fuerit gratis sive ipsius monasterii ecclesias . sive altaria . vel si quid sacri operis illic episcopaliter agere | debebit. Qui etiam chrisma et oleum sanctum annuatim vobis prebeat . nec vos omnes qui sive nunc in ipso monasterio habi | tatis . sive pro tempore habitaturi sunt . ad synodum convocare presumat . aut aliquam excommunicationem . | vel divini officii interdictionem inferre pertemptet. Quae omnia similiter Patavinus episcopus faciat. Ista tuentes | apostolica censura sub divini iudicii obtestatione . ut nulla sit hominum persona . magna vel parva . qui contra hanc nostram | defensionem atque munitionem venire audeat . si quis vero vel tuo monasterio . vel tibi tuisque successoribus . aliquam lesionem . aliquod | detrimentum . aliquid contra omnia quae prescripta sunt agere presumpserit . impeditus nostri anathematis vinculo usque ad satisfactionem . etiam compositurus existat tam tibi quam tuis successoribus . decem optimi auri libras. Qui vero custos et observator | huius nostrae munitionis et defensionis extiterit . benedictionem a domino Deo accipiat . quia hoc preceptum nostrum custodivit intemeratum . | Scriptum per manum Iohannis scriptarii et notarii nostri Lateranensis palatii . mense Madio . indic. . XII .

† BENEVALETE

† Dat. VIII. id. iunias . per manum Petri Diaconi Bibliothecarii et cancellarii sanctae Apostolicae sedis . | Anno Pontificatus Domni Bened. noni Papae . XII . Ind. XII.

Nur im Transsumt von 1301 vorhanden ist eine Schutzbulle von Calixt II. vom 3. Jan. 1122: Faletro abbati monasterii Brunduliensis privilegium tuitionis et defensionis a praedecessoribus suis indultum renovat. Mit Rota und Benevalete. 'Dat. Lat. p. m. GRISOGONI S. R. E. diac. card. ac bibl. iij Non. Ian. Ind. xiiij. inc. Mcxxi. Pont. a. secundo'. Anfang: 'Sicut iniusta poscentibus'.